

Card. Dominico Ferrata propositum est dubium: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* SSmus Pater, suffragiis Consultorum et PP. Cardinalium exceptis, supremum iudicium distulit in alium diem, hortatusque omnes est ut in re tam gravi divinum lumen implorarent.

Hodierno autem die, Dominica secunda Adventus qua Mariae Sanctae Lauretanae festum percolitur, idem SSmus Pater, Sacro pientissime litato in privato suo sacello, in Vaticanam hanc nobiliorem aulam inde ingressus et pontificio solio assidens ad se accivit Rmos Cardinales Aloisium Tripepi S. RR. Congregationi Pro-Praefectum et Dominicum Ferrata Causae Ponentem, una cum R. P. Alexandro Verde S. Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus solemniter edixit: *Constare de tribus propositis miraculis*; scilicet de primo: *Instantanae perfectaeque sanationis Armandi Hubin a carie tuberculari ossium laevi cruris*; de altero: *Instantanae perfectaeque sanationis Natalis Grégoire a chronica inferioris dexteræ tibiae condili osteite, quam chronica praecesserat osteo-periostites*; de tertio: *Instantanae perfectaeque sanationis Ludovici Waelens a chronico ulcere e chronica stomachi fio go si cum gravi anemia et consumptionis ad marasum usque perductae phaenomenis sociata.*

Hoc autem decretum promulgari et SS. RR. Congregationis acta referri iussit quarto idus Décembres, an. MDCCCCV.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

f D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

Circa formam notularum in editionibus cantus gregoriani.

Rome, ce 2 mai 1906.

Messieurs (i),

En réponse à votre lettre du 9 avril dernier, j'ai l'honneur, de la part de mes supérieurs, de vous confirmer que,

(i) Epistola ad editores Parisienses Biais, Lethielleux et Lecofire (N. R.).

pour ce qui est des signes rythmiques, le décret de la Sacrée Congrégation des Rites du 14 février est très clair et très précis (1). L'édition Vaticane typique, avec sa notation la plus purement traditionnelle, donnant le rythme de la tradition, renferme sans doute les indications nécessaires et suffisantes pour la pratique. Néanmoins le Très Saint-Père a cru devoir tolérer, sous certaines garanties et réserves spécialement exigées, l'adjonction de certains signes supplémentaires avec la permission des Ordinaires, *permittente Ordinario*, et encore avec une grande circonspection. Le décret du 14 février ne condamne donc pas d'une manière absolue toute édition contenant des signes de ce genre ; mais il ne peut être, d'autre part, regardé comme une approbation. Ce qui résulte des termes mêmes du décret, c'est que celui-ci oblige de respecter toujours l'intégrité de la notation typique. Les commentaires erronés qui ont présenté ce décret comme une approbation de la Sacrée Congrégation des Rites ne pourraient avoir aucune valeur, ni ne sauraient tirer à aucune conséquence.

Je suis, Messieurs les Editeurs,

Votre très dévoué,

f D. Panici, Archevêque de Laodicée, *Secrétaire*.

FRATRUM MINORUM PROVINCIAE SERAPHICAE

Indultum de Missa votiva S. Francisci.

Quo cultus et pietas erga Portiunculae Sanctuarium Assisiense magis magisque foveatur, Reverendissimus Pater frater Bonaventura Marrani, Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum, votis quoque Religiosorum Seraphicae illius Provinciae satisfactorius, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X humillimis precibus rogavit, ut sacerdotibus divi-

(1) Cfr. *Acta S. Sedis*, vol. og, pag. 53.